



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 130. Quidam Scriptores e Societate defuncti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

brandi facultatem ab eodem Pontifice Sæc. XVII.  
obtineret: tandem vero Romæ in Græ- A.C. 1621.  
corum Collegio vivere desit. Scripsit  
eruditissimos commentarios de concor-  
dia Ecclesiæ Occidentalis cum Orien-  
tali præcipue circa doctrinam de Sacra-  
mentis: Vulgavit etiam duos tracta-  
tus de Purgatorio, & de igne Purga-  
torii contra Barlaam Monachum, præ-  
ter tractatum Joannis Vechi de proce-  
sione Spiritus Sancti: Plurimos etiam  
ex recentioribus Græcis Authoribus  
latinitate donabat. Observat Allatius,  
quod Arcudius nimis acerbo calamo  
Novatores insectatus sit, & catervatim  
omnia, quæcumque collegerat, sine  
selectu congerendo, ab argumenti sui  
scopo quandoque multum recesserit:  
Carpitur etiam, quod methodo & Scho-  
lasticorum opinionibus nimis pertina-  
citer inhæserit.

## §. CXXX.

*Quidam Scriptores e Societate de-  
fundti.*

Eundem annum exitialem sibi habue- *Alegambe*  
re nonnulli ex Societate Scriptores, *Bibl. Script.*  
& primo quidem Georgius Eberhardus *Soc. Mi-*  
Monachii in Bavaria natus, qui quo-  
dam tractatus de voluntate Dei, de *ræus l. c.*  
SS. Trinitate, & de Angelis scripsit.

Cc 3

II.

Sæc. XVII. II. Casparus de Zamora Hispalensis,  
A. C. 1621. qui concordantias S. Bibliorum & tra-  
ctatum de duobus Alphabetis, altero  
distinctionum variabilium, & altero in-  
variabilium Romæ typis vulgavit III.  
Joannes Frayre Ulyssiponensis, qui  
Commentaria in IV. capita priora li-  
bri Judicium edidit.

### §. CXXXI.

*Nonnulli Scriptores ex Lutheri &  
Calvini sedet mortui.*

Die trigesima Martii sexagenario ma-  
jor decepsit Joannes King Londi-  
nensis Pseudo - Episcopus, qui sermo-  
nes suos, necnon Prælectiones in Jo-  
nam posteris reliquit. Hunc die vi-  
gesima Augusti sequebatur Richardus  
Meredith Oxoniensis Professor, post-  
quam varia Theologica opuscula &  
conclaves in sextum Micheæ caput  
vulgaverat. Jam supra memoravimus,  
Wenceslaum Budowitzium Baronem,  
Calvinistam condignas rebellionis suæ  
pœnas dedisse. Hic idem conscrip-  
rat Synopsin historicam, typicam &  
mysticam, præter circulum horologii  
solaris & lunaris. Inter Puritanos se-  
ctæ suæ studio acerrimus Stephanus  
Egarthon de catechisatione, necnon  
de officiis erga Deum & Regem tracta-  
tus

